

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10258 - 10263

XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

dio huīus vitæ decētantem, atq; in spiritali palæstra desudantem, sustentari inter dul-
cia suspiria credebat & precabatur.

Cūm iam sancti viri temporalis vita in multos annos Deo disponente, tenderetur,
quatenus eius exemplo plurimi ad spiritualem vitam prouocarentur & excitarentur, Cap. 19.
factum est, vt circa ultimos vitæ suæ annos multo senio fractus, frequenti q; labore &
cura domestica debilitatus, cellā sīam solitæ visitationis gratia egredi nō valerer: non
tamen destiterunt S. Deodati discipuli pro more, magistri sui tunicam eidem offerre,
ne dulcis eius intermoreretur memoria. Igitur cūm diuina miseratio gloriosum suū
militem Hildulphum ab huius seculi flūctuoso mari ad portum salutis aeternæ voca-
re statuisse, per dilectum suum Deodatum dignatus est eidem transitus sui dīe denuo. Apparet R.
Hildulpho ciare, quatenus is utrique monasterio de bono Pastore prouidere satageret. Vnde vir S. Deodatus
sanctus plurimū in Domino gaūsus est, quod ab hac lachrymarum valle ad perpetua
consolationis tranquillitatem mox erat assūmendus, vbi omnis lachryma ab oculis
eius abstergeretur. Itaq; proprijs sui monasterij fratribus designato Abbate domino
Raimberto, vallis autem Galilæa domino Marcinanno, feliciter obdormiuit in Do- Moritur S.
mino, ab incarnatione Iesu Christi anno septingentesimo septimo. Hildulphus.

Intercā à devotissimis discipulis inuolabiliter fuit obseruatum, quod à prudentissi-
mis Magistris fuit institutum: videlicet, vt semel in anno mutuas inuiserent cellas, tan- Cap. 20.
quam præcipia pignora præfererent sanctorum Patrum suorum tunicas. Siquidem imitantur
monachi S. Hildulphi, ipsius tuniam retinuerant sibi, sicut & monachi vallis Galilæa, maiorum
S. Deodati. In quorum delatione tanta veneratio exhibebatur, vt dulcissimi Patres ad quaces dici
filios redisse post longa seculorum volumina crederentur. Quod si (peccatis exigenti-
bus) cælestis ira in populum grassaretur, & siccitate nimia, vel imbrum continua refu-
sione, aut pestilentia, seu qualicunq; plaga plebs feriretur, mox hinc inde conglobata
tunica patronorum suorum cum lachrymis & orationibus offerebat & ingerebat
diuinis obtutibus: & amota est plaga, nā contra defecūtis flagelli imperium tantū va- Vide quan-
lebant sanctorum merita & populi fides, vt sine mora misericordissimus Deus iusli iu- te fuerint
dicij sui seueritatem à plebe cohiberet, atq; optatæ misericordiæ consolationē ei distil- virtutis san-
laret. Quæ quidem consuetudo tam religiosa ac pia integerimè inter hæc duo cœno-
bia cōseruata est, donec sancta corpora plurimis miraculis exornata subleuantur de
terra gremio. Quocircā sicut tunc solebant discipuli Magistrorum tunicas offerre, ita
nunc eorum posteri corpora sanctorum suscipiunt & animarum exuuias, quorum per
merita pax nobis nunc & in ævum, Amen.

Sufficiat igitur hæc religiosis animis, quæ pauperculo sermone cursim explicuimus,
de piissimi Patris nostri Deodati gestis, vix attingentes pauca de innumeris, minima de Conclusio
maximis, quibus clementia Dei in terris sanctum suum glorificauit pro vitæ suæ meri- Authoris.
tis. Cæterū tot & tantis quotidie miraculis venerabile corpus eius nobilitatur, vt vix
ad conscribendum ea sufficiat calamus, nec aliquis poslit habere dubium, quin spiri-
tus eius inter suprema regnet angelorum agmina.

MARTYRIVM ILLVSTRE S. ALBANI MARTYR.

RIS ANGLIAE, QVEM PLERIQUE ALBINVM VO.

cant: ex Historia Ecclesiastica gentis Anglorum Bedæ
lib. I. Cap. 6. ¶ 7.

ANNO incarnationis Dominicæ ducentesimo octogesi-
mosexto, Diocletianus tricesimus tertius ab Augusto Im- 22. Junij.
perator, ab exercitu electus, annis viginti fuit; Maximia- Ex cap. 6.
numque, cognomento Herculeū, sociū creauit imperij, &
Diocletianus quidem in Oriente, Maximianus autē Her-
cules in Occidente vastari ecclesiā, affligi, interficique
Christianos, decimo post Neronem loco, præceperunt.
Quæ persecutio omnibus ferē anteactis diuturnior atque Persecutio
in manor fuit. Nam per decem annos incendijs ecclesia- Ecclesiæ im-
ram, proscriptiōibus innocentium, cadibus martyrum manissima.
incessabiliter acta est. Deniq; etiam Britanniam cum plu-
rima confessionis Deo deuotæ gloria sublimauit.

Siquidem in ea passus est S. Albanus; de quo persbyter Fortunatus in laude virgi- Cap. 7.

Bbbb 2 num,

num, cùm beatorum martyrum, qui de toto Orbe ad Dominum venirent, mentione faceret, ait;

Albanum egregium fœcunda Britannia profert.

**Albanus vt
fuerit con-
uersus.** Qui videlicet Albanus paganus adhuc, cùm perfidorum principum mandata ad uersum Christianos sequirent, clericum quendam, persecutores fugientem, hospitio recepit, quem dum orationibus continuis ac vigilis diu noctuq; studere consiperet, subito diuina gratia respectus, exemplum fidei ac pietatis illius coepit aemulari. ac sa- lutaribus eius exhortationibus paulatim edocetus, reliquis idololatriæ tenebris. Chri- stianus integro ex corde factus est. Cumq; præfatus Clericus aliquot diebus apud eum hospitaretur, peruenit ad aures nefandi principis, confessorē Christi, cui nequum fue- rat locus martyrij deputatus; penes Albanum latere. Vnde statim iussi milites diligen- tius eum inquirere. Qui cùm ad tugurium martyris peruenissent, mox se S. Albanus pro hospite ac magistro suo, ipsius habitu, id est, caracalla, qua vestiebatur, indutus, mi- litibus exhibuit, atque ad iudicem vincitus perductus est.

Contigit autem iudicem ea hora, qua ad eum Albanus adducebatur, aris assistere, ac demonibus hostias offerre. Cumq; vidisset Albanū, mox ira succensus nimia, quod se ille vtrō pro hospite, quem suscepserat, militibus offerre ac discriminari dare præsum p̄sisset, ac simulacra dæmonum, quibus assistebat, eum iussit pertrahi. Quia rebelle in- quiens, ac sacrilegum celare, quā militibus reddere maluisti, ut contemptor diuīum meritam blasphemias poenam luceret, quæcunq; illi debebantur supplicia, tu solue- re habes; si à cultu nostra religionis discedere tentas. At S. Albanus, qui se vtrō perse- cutoris fidei Christianum esse prodiderat, nequam minas principis meruit? sed accinctus armis militiæ spiritualis, palam se iussis illius patere nolle pronunciabat. Tū Iudeo. Cuius, inquit, familiæ vel generis es? Albanus respōdit; Quid ad te pertiner, qua sim stirpe genitus? Sed si veritatem religionis audire desideras, Christianum iam me esse, Christianisq; officijs vacare cognosce. Ait index; Nomen tuum quārō, quod sine mora mihi insinua. At ille: Albanus, inquit, à parentibus vocor, & Deum verum ac vi- um, qui vniuersa creavit, adoro semper & colo. Tum iudex repletus iracundia, dixit; Si vis perennis vita felicitate perfrui, dij magnis sacrificare ne differas. Albanus respō- dit; Sacrificia hæc, quæ à vobis redduntur dæmonibus, nec auxiliari subiectis possunt, nec supplicantū sibi desideria vel vota cōplere. Quin immò quicunq; his sacrificia simulacris obtulerit, aternas inferni poenias pro mercede recipiet.

**Verberibus
afficitur.** His auditis, iudex nimio furore commotus, cædi sanctum Dei confessorem à torto- ribus præcepit, autumans se verberibus, quam verbis non poterat, cordis eius emollire posse constantiam. Qui cùm tormentis afficeretur acerrimis, patienter hæc pro Do- mino, immò gaudenter ferebat. At vbi iudex illum tormentis superari, vel à cultu Chri- stianæ religionis reuocari non posse persensit, capite eum plecti iussit. Cumq; ad mortem duceretur, peruenit ad flumen, quod muro & arena, vbi ferendus erat, meatu- pidissimo diuidebatur. Videliq; ibi non paruam hominum multitudinem vtriusq; se- xūs, conditionis diuersæ & aratis, quæ sine dubio diuinitatis instinctu ad obsequium beatissimi cōfessoris ac martyris vocabatur, & ita fluminis ipsius occupabat pontem, vt intra vesperam transire vix posset. Deniq; cunctis penè egressis, iudex sine obsequio in ciuitate subsliterat. Igitur S. Albanus, cui ardens inerat deuotio mentis ad martyriū ocyū peruenire, accessit ad torrentem, & dirigēs ad cælum oculos, siccato alvo, vidit vndam suis cæsiis ac viam dedisse vestigijs. Quod cùm inter alios eriam ipse car- nifex, qui eum percutiurus erat, vidisset, festinauit ei, vbi ad locum destinatum morti venerat, occurserit diuino nimirū admotonis instinctu, proiectoq; ense, quem stri- ðum tenuerat, pedibus eius aduoluitur, multum desiderans, vt cum martyre, vel pro martyre, quem percutere iubebatur, ipse potius mereretur percuti.

Dum ergo is ex persecutore factus esset collega veritatis & fidei, ac iacente ferro, esset inter carnifices iusta cunctatio, montem cum turbis reuerendissimus Dei confes- sor ascendit. Qui opportunè lætus gratia decentissima, quingentis ferè passibus ab a- rena situs est, varijs herbarum floribus depictus, immò vñquequaq; vestitus, in quo ni- hil repente arduum, nihil præceps, nihil abruptum, quem lateribus longè lateq; dedu- etum, in modum equoris natura cōplanarū dignum videlicet eum pro insita sibi specie venustatis iam olim reddens, qui beati martyris crux dicaretur. In huius ergo verti- ce S. Albanus dari sibi aquam à Deo rogauit, statimq; incluso meatu, ante pedes eius fons perennis exortus est, vt omnes agnoscerent, etiam torrentem martyri obsequiu- detulisse. Neq; enim fieri poterat, vt in arduo montis cacumine martyri aquam, quam in flu-

Insigne mi-
raculum.

Carnifex
credit.

Fontem im-
petrat preci-
bus suis.

in flumio non reliquerat peteret, si hoc opportunum esse non videret. Qui videlicet flumius, ministerio persoluto, deuotione completa, officij testimonium relinques, reverus est ad naturam. Decollatus itaque martyris fortissimus ibidem accepit coronam vitaes, quam repromisit Deus diligentibus se. Capite truncatur. Peccata per cuiusoris.

atque martyris capite deciderunt.

Decollatus est ibi etiam tum miles ille, qui arrebat superno nutu correptus, sanctum Dei confessorem ferire recusauit. De quo nimis rem constat, quia etsi fonte baptismatis non est ablutus, sui tamē est sanguinis lauacro mundatus; ac regni celestis dignus factus ingressu. Tunc iudex tanta miraculorum cælestium nouitate percussus, cæstari mox à persecutione præcepit, honorem referre incipiens cædi sanctorum; per quam eos opinabatur prius Christianæ fidei posse deuotione cessare. Passus est autem beatus Albinus die decimo Calendarum Iulianarum iuxta ciuitatem Verolanum, quæ nūc à gente Anglorū Vuerlamacestrī sive Vuarlingacestrī appellatur: vbi postea, redeunte temporum Christianorum serenitate, ecclesia est mirandi operis, atque eius martyrio cō-Albani Miracula.

digna, extructa. In quo videlicet loco vsq; ad hanc diem, curatio infirmorum, & frē.

quentium operatio virtutum celebrari non definit. Passi sunt ea tempestate Aaoron & Iulius Legionum urbis ciues, alijque vtriusq; sexūs diuersis in locis perplures, qui diuersis cruciatibus torti, & inauditi membrorū discriptione lacerati, animas ad supernę ciuitatis gloria perfecto agone miserunt. Haec tenus Beda.

Hodiè beatissimi martyris huius Albani sacra reliquia Coloniae in monasterio S. Pantaleonis religiosè asservantur. Latuerat illuc aliquandiū præclarus thesaurus, in quodam non magni precij & qui eius dignitati minus congrueret, loculo cōditus. At tamen crebra miraculorum signa præsentiam martyris & efficaciam perspicue declarare vi debantur. Itaque coepit proferri in publicum & palam innotescere, quod diu fuerat in occulto. At vbi res innotuit Anglis, constanter illi asserrere non dubitārunt, S. Albani martyrem apud ipsos ortum & passum & conditum, eam, quam suo sanguine illustrasset insulam, nequaquam reliquie, sed in ea semper permanisse. Ea occasione is, qui per id tempus apud S. Pantaleonem Abbatis fungebatur officio, communicato cū fratribus sui monasterij consilio, cū sacra beati martyris reliquia iam trecentis & quinq; quaginta annis in ipsorū ecclesia quievissent, atque ab ipsius martyrio mille & eo amplius anni fluxissent, ad loculum cum ingenti deuotione & reuerentia accessit, eo que aperto videt ipse, vident & ceteri fratres non sine multa admiratione multisque la-

chrymis, magna omnipotentis Dei virtute, clarissimi martyris corpus tot seculis in corpore corruptum conseruari, tantumque singulari Dei beneficio tanti thesauri se compo-

S. Albani corpus in corruptum post mille annos.

tes fieri posse.

Vt autem certius de rei veritate cōstaret, & fideliū deuotio excitaretur, è loculo venerandas extulere reliquias, & vt Deus laudaretur in sancto suo, publicè eas ad spe. Etandas proposuere, ac deinde in thecam aliam, auro argentoque & lapidibus preciosis, quantum eorum sinebat facultates, ornatam reposuere, in qua hodieq; referuantur. Tam autem recentes videbantur, ac si nō ita pridem pro Christo caefus esset inclitus martyr. Caput enim cum barba, ceruicem etiānum saguino lentam, brachia & manus, scapulasq; pelle & carne teftas, pectus cū cratibus laterum, deniq; spinam dorsi cū renibus inuenierunt. Pannus etiam, quo sacrū corpus trecentis & quinquaginta annis obuolutum fuerat, instar niuis candidus & planè incorruptus erat. Cū autem hæ

sacra reliquia ita ostenderetur, multi paralyti, claudi, curvi, contracti, humili reptantes, gibbos, cæci, muti, dæmoniaci, manci, febricitantes, alijsq; diuersis affecti morbis, quias.

non pauci etiam mortui & in aquis extinti, quorum omnium numerus quingentos excederet, curati sunt ut nihil dicamus de iumentis, quibus exquè est restituta sanitas.

Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis 1327, sub Philippo Coloniensi Archiepiscopo, & Henrico Abbe. Sed nec hodiè sancti martyris bene-

ficijs fraudantur, qui humiliter ac piè incorruptas etiam.

num corporis eius reliquias inuisunt, & suppli-

ces ei preces offerunt.

VITA S. PAVLINI NOLANI EPISCOPI AV-
THORE VRANIO PRESBYTERO, VT HABET
egregius M^s. codex.

PROLOGVS AVTHORIS.



Omino illustri & in Christo merito venerabili Pacato, Vranius presbyter, Literis nobilitatis tuae iterata vice sollicito, vt tibi obitū S. Paulini fideliter referam. Faciam quidem quod præcips, sed tū meo, ne nō tam efficaciter ut vis, faciam, quod facere cupio. Tamē quia iubere dignaris, fideliter & sine mendacio faciam. Nouis etenim melius esse lingua silentio premere, quād ad peccatum anima falsa narrare, dicente scriptura; Os, quod mentitur, occidit animam. Et ideo venerationem tuā plurimum quādo, vt imperitiæ mœx veniam dare digneris. Alioquin si tibi sermonis mei vilitas cœperit displicere, nō mihi, sed tibi recti. us imputabis, qui aquam purissimi fontis à cœnoso riulo postulâsti, sed hæc breuiter dicta sint. Nūc autem veniamus ad ea, quātibi, qui vitam eius versibus illustrare disponis, dicendi materiam subministrent.

HISTORIA.

GITVR S. Paulinus Episcopus Burdegala oppido Gal-
lарum oriundus fuit, sed in Campania apud beatissimum
Felicem confessorem gloriose fine defunctus atque se-
pultus est. Eiusvitam ex merito in mortis agnoscimus, cuius
& mortem de conuersatione vita probamus. Denique
cum ante triduum, quād de hoc mundo ad cœlestē habi-
taculum vocaretur, cum iam de salute eius omnes despe-
rassent, & duo ad eum Episcopi visitandi studio conue-
niissent, id est, S. Symmachus & Benedictus Hyacinthinus,
ita in eorum aduentu recreatus atque refectus est, vt obli-
ta omni carnali infirmitate, totum eis atque angelicum



Sub morte
vult ad le-
ctulum suū
Missam cele-
brari.

exhiberet affectum. Et quasi profecturus ad Dominum, iubet sibi ante lectulum su-

um sacra mysteria exhiberi, scilicet vt vnā cum sanctis Episcopis oblato sacrificio

animam suam Domino commendaret, simul eriam eos, quos pro disciplina Eccle-

siaistica à communione sacri ministerij exorres esse præceperat, ad pacem pristinam

reuocaret.

Cap. 1.

Et cūm hæc omnia sanctus Episcopus lato atque perfecto ordine celebrasset, subi-
tò clara voce interrogare coepit, vbi essent fratres sui. Tunc unus ex circumstantibus,
qui putauit, quod fratres suos, id est, Episcopos, qui tunc caderant, quereret, ait illi, Ecce
hi sunt fratres tui. At ille, Sed ego nunc fratres meos Ianuarium atq; Martinum dico,
qui modò mecum locuti sunt, & continuo ad me venturos se esse dixerunt. E quibus
Ianuarius Episcopus simul & martyr, Neapolitanæ vrbis illustrat ecclesiā. Martinus
autem, vir per omnia Apostolicus, cuius vita ab omnibus legitur, Galliarū Episcopus
fuit. Et his dictis, extensis ad cælum manibus, hunc psalmum Domino decantauit, di-
cens, Leuavi oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi? Auxilium meum à
Domino, qui fecit cælum & terram. Deinde collecta oratione, commonitus est à san-
to Posthumiano presbytero, quod pro vestimentis, quæ pauperibus fuerant erogata,
quadragesima solidi deberentur. Quod cūm audisset S. Paulinus, leniter subridens, ait,
Securus esto fili, crede mihi, quia non deerit, qui debitum pauperū soluat. Et ecce non
longa interposita mora, ingreditur quidam presbyter, de Lucanæ paribus veniens,
missus à sancto Episcopo Exuperantio, sicut a viro clarissimo fratre eius Ursatio, qui
ei per ipsum nuncium muneric gratia quinquaginta solidos miserauit. Quos cūm acce-
pisset S. Paulinus, benedixit Dominum dicens, Gratias ago tibi O Domine, qui non dñe-
linquis sperantes in te. De his autem quinquaginta solidis ipse presbytero, qui eos ex-
hibuerat, manu sua duos dedit, reliquos verò negociatoribus, qui vestimenta paupe-
ribus dederant, reddi mandauit.

Psal. 128.

Insigne-
tus in Deu-
fiduria.

for. xdeem

Cap. 2.

Inter hæc autem, cūm iam nox diei successisset, vñq; ad medium noctem paululum

quieti

quieti concessit, donec crudele dolore, qui lateri eius nimius inerat, gravaretur excitatus, multisque etiam ex superfluo archiatrorum vstitutionibus fatigatus, usque ad quintam horam noctis lassum atque an helum pectus duxit. Deinde adueniente luce, consuetudinem suam vir sanctus agnouit. Itaque, ut solebat, excitatis omnibus, matutinum ex more & ordine celebravit. Facta autem die, presbyteris & diaconibus atque ^{Iohann. 20:1} omnibus clericis exemplo Dominico pacem hereditariam predicauit. Transactis autem his, tacitus usq; ad vesperam perdurauit. Deinde quasi ex somno excitatus, lucernariae deuotionis tempus agnoscebat, extensis manibus, lenta licet voce. Parauit lucernam Christo meo, decantauit Domino. Tunc deinde factio aliquandi silentio, circa horam quartam noctis, omnibus qui aderant, sollicito vigilantibus, subito tam ingenti cellula eius terramotu concussa est, ut hi, qui lectulo eius assistebant, exterriti arque turbati ad orationem se iactarent, nihil tamen scientibus his, qui pro foribus confitebant. Neque enim publicus ille, sed priuatus in cellula fuerat terramotus. Nam ille an gelicis suscepimus manibus, debitum Deo spiritum exhalauit. Vidimus, fili charissime, vidimus, & inter lacrymas atque singultus vidisse gaudemus, vidimus quomodo tollitur iustus, & nemo intelligit, & viri iusti tolluntur, & nemo considerat. Neque vlli Christianorum incredibile debet videri, si in transitu S. Paulini unus angulus specialiter terramotu concusus est, in cuius obitu totus penes orbis ingemuit. Et sanè quis locus est in orbe terrarum tam remotus aut abditus, quem transitus domini Paulini non commoueret? Aut quis Christianæ religionis ita alienus effectus est, qui audita morte eius non planxit? Fleuit planè Ecclesia, quod tam sacerdotem amisit, sed exultat paraditus, quod tam sanctum suscepit. Plangunt populi, sed latrantur angeli. Gemitus prouinciae hominum, sed gaudent loca sanctorum, ad quæ quotidiè euolare cuniebat, cum diceret, Quam amabilia sunt tabernacula tua Domine Deus virtutum? Psalm. 83: concupiuit & defecit anima mea in atrijs tuis.

O virum sanctum & omnium ore laudabilem, qui sic vixit, ut non solum sibi, sed ^{Cap. 4.} etiā omnibus viueret. Et ideò quia multis vixit in hoc seculo, nūc sibi viuit in Christo. Et tamen non sibi tantum, sed etiam nobis, qui quotidiè orat pro nobis. Lucerna fuit ardens in domo Dei, non sub modio posita, sed supra candelabrum constituta, ita ut etiam multas lucernas suo præclaro lumine redderet luminosas. Suavis enim & mitis fuit, etiam cum in superbia seculi versaretur. Cum autem ad Christum conuersus est, aperuit horrea sua pauperibus, & pothecas suas aduenientibus patefecit. Nam pa. ^{S. Paulini} rum ei erat proximos alere, nisi etiam vnde euocaret, quos pasceret atq; vestiret. Quantos iniquè oppressos erexit, quantos captiuos redemit, quantos intricatores debiti, à creditoribus suis redditia pecunia liberauit? Vna scilicet negotiacione & planctu debitorum multos exterxit, & creditorum gaudia reparauit.

Cum autem ad summum sacerdotij gradum prouectus est, noluit se tam exhibe ^{Cap. 5.} re Episcopum, qui ab aliquo timeretur, sed talem se reddidit sacerdotem, qui ab omnibus amaretur. Nunquam sic iratus est, ut non in ira misericordia memor esset. Neq; enim poterat vir ille irasci, qui cōrūmelias despiciebat, & odia vitabat. Nunquam in iudicio sine misericordia sedidit, quia nouerat misericordia meliorem esse, quam sacrificium, & vestimentum esse omne Christianorum iudicium, dicente venerabili scriptura: ^{Osee 4:6.} Misericordiam & iudicium cārabo tibi Domine. Iustitiam quoq; benignioribus, reis verò misericordiam fecit. Spiritus sanctus quātūm aquitati & iustitiae fauet, tantum suis gratia pietatis, qui benignus est, indulget. Et ideo renegat rigorem in examinatione iustitiae, misericordiam autem in definitione sententia proferebat.

O admirabilem virum, atque omnium virtutum laude censemus. Hic etenim ^{Cap. 6.} omnium Patriarcharum exempla secutus fuit, fidelis videlicet ut Abraham, credulus ut Isaac, benignus ut Iacob, munificus ut Melchisedech, prouidus ut Joseph, rapax ut Beniamin. Rapuit enim diuitibus, & pauperibus erogauit, & tamen plus diuitibus quam pauperibus profuisse cognoscitur, quia pauperibus in hoc seculo profuit, diuitibus in futuro prouidit. Ergo, ut dicere cooperam, fuit mansuetus ut Moyses, sacerdotalis ut Aaron, innocens ut Samuel, misericors ut David, sapiens ut Solomon, Apostolicus ut Petrus, amabilis ut Iohannes, cautus ut Thomas, doctor ut Paulus, videns ut Stephanus, feruens ut Apollo. De solitudine autem & cura ecclesiarum, in fide & charitate omnes Apostolos & Episcopos imitatus est. Hac omnia in se habuit, hanc à tempore conversionis sue fideliter custodivit. Et ideo cum de hoc corpore ad cælestehabitaculum vocaretur, sicut inferius doluit terra, ita superius latatum est cælum, fleuit caro, sed spiritus gloriatur. Denique non solum Christiani, sed etiam

Etiā Iudei & ethnici plangunt morteius. Iudæi atque pagani in fletu, scissis etiam vestibus, ad domini Paulini exequias conuenierūt. Ereptum sibi patronum, defensorerū, tutorem vñā omnes nobiscum voce plā.

Cap.7.

Et verè talis erat, vt ab omnibus amaretur. Vixit enim cunctis in exemplum acquirendæ salutis, & in refrigeriū consolationis. Neq; enim solius hæc mea vox est. Testes etiā barbaræ nationes sunt, ad quas fama domini Paulini peruererat. Nec in merito ab omnibus amabatur, qui aderat omnibus. Quem enim iacentem non sua dextera erexit? Quem interpellantem se, non pia voce consolatus est? Erat enim pius, misericors, humilis & benignus, nullum spernens, nullum despiciēs. Omnibus tribuebat, omnibus indulgebat. Animabat trepidos, mitigabat violentos. Hos verbis, illos ædificabat exemplo. Alios epistolis, alios sumptibus adiuuabat. Nullas opes, nullas diuitias, nisi quas sanctis suis Christus promiserat, mirabatur. Aurum atque argentum, & cara sic definiebat, vt ea sibi ad largiendum liberalitas, non ad retinendum cupiditas, vendicaret. Et vt breuiter dicam, omnia bona in se habuit, quia Christum amauit. Habuit enim fidem, mansuetudinem, curam proximorum, iugem pro misericordia sollicitudinem, compassionem pro infirmis, nihil aliud respiciens, nisi pacem & charitatē. Solus nanque medicabatur, vt omnes emundaretur. Denique quis locus est in orbite terrarum, quæ solitudo, quæ maria, quæ S. Paulini beneficia non senserunt? Omnes eum agnoscere cupiebant, omnes videre desiderabant. Quis ad illum non latus aduenire aut quis ab illo non desideraturus abscessit? Nam qui corpore eum videbant non portabant, saltē epistolas eius contingere cupiebāt. Erat enim suavis, blandus, in literis dulcis, & bene suavis in versibus. Quid plura? Vix quæcumque de illo dicuntur, admitteret credulitas fidei, nisi propellerent sua facta mendacium. Taceamus generis nobilitatem, paternis, maternisque natalibus in senatoriis purpura mirabiliter rutilantem: præterea & opulētias diuitiarum, quas propter Deum pauperibus erogauit. Nunc veniamus ad ea, quæ de obitu eius dicere coeparamus.

Eius genus & opes.
Cap.8.
Corpus de-
functi nō.
Iudeo cando-
re conspi-
cuum.

**Apparet E-
piscopo
Neapolita-
no.**

Cap.9.

**Is fuit ann⁹
Christi 431.
iuxta Onu-
phrium.**

Igitur cùm S. Paulinus debitum Deo spiritum reddidisset, ira niueo candore vultus eius & omne corpus affectum est, vt omnes inter singultus & lachrymas benedicerent Dominum Deum nostrum, qui educit sanctos suos in magnificentia, vt ostendat seruus suis, quia hæc est gloria omnibus sanctis suis. Et ideo laudetur in Deo anima eius, & reuelentur opera eius in omnibus timentibus Deum: quia concipiuit in mandatis Dei sui, & intellexit super egenum & pauperem, vt potens esset in terra semen eius, & iustitia eius maneret in seculum seculi. Veruntamē & hoc, quod ad meritum S. Paulini pertinet, veneratio tua debet agnoscere, quod etiā sanctus Iohannes, Neapolitanus Episcopus, à Domino Paulino de hac vita ad Christum accersitus atq; euocatus agnoscitur. Nam ante diem tertium, quā de hoc mundo sanctus Iohannes ad dominum commigraret, retulit se vidisse S. Paulinum, angelica dignitate vestitum atq; ornatum, totum niueum, totum sidereum, atq; odore ambrosio residentem, fauum etiam candidissimum mellis in manu tenentem, ac dicērem sibi: Frater Iohannes, qđ hic facis? Solue vincula tadiorum tuorum, & iam ad nos veni. Hæc enim esca, quam in manu teneo, apud nos satis abundat. Et cùm hæc dixisset, complexus est cum, & immisit in os eius partē faui illius. Cuius dulcedinem atq; odorem ita sanctus Iohannes concupisce se dixit, vt si in ipsa reuelatione potestas fuisset, ab eius vestigijis nullo modo recelisset. Et tamen hoc non diu dissimulauit. Nam excitatus à somno, eadem die id est, quinta feria, iuxta consuetudinem suam remunerans omnes Clericos, atq; pauperibus tribuens, fānum Dominicam ecenam celebrauit: sexta vero feria orationi vacauit. Sabbato autem, secunda hora diei, latus ad ecclesiam processit, & ascenso tribunali, ex more populum salutauit, resalutatusq; à populo, orationem dedit, & collecta oratione, spiritum exhauiuit. Ea tamen nocte in ecclesia vigilatum est.

Postera autem die, id est, Pascha, illuminatis lampadibus cum ingēti neophytorum pompa, prosequente etiam multitudine populorum usque ad sepulcrum, gloriosam atque laudabilem sepulturam adeptus est. Hæc ideo commemorauit nobilitati tua, vt etiam hic meritum S. Paulini agnosceres. Habes enim materiam dicendi, si tibi tamē non desit fides credendi. Et ideo quāso nobilitatem tuam, vt sicut promittere dignatus es, præclaris operis munus accelerare digneris, cōsecuturus primum laudis & gloriæ, si vitam sancti viri posteris profuturam, versibus illustraueris. Utinam antequam proficisci car, huius operis lectio dignum me facias: quia si Christo placuerit, continuo nauigare dispono. Obiit S. Paulinus Episcopus X. Calendas Junij, Passo & Antiochophium. Consulibus.

DE

DE EODEM SANCTO PAVLINO NOLANO
EPISCOPO, PER D. GREGORIVM PAPAM
Lib. iii. Dialog. Cap. 1.

349

DVM vicinis valde patribus intendo, maiorum facta reliqueram, ita ut Paulini miraculum Nolanæ urbis episcopi, qui multos, quorū memini, virtute & tempore praecessit, memoria defuisse videatur. Sed ad priora nunc redeo, eaq; quā valeo breuitate perstringo. Sicut enim bonorum facta innotescere citius similibus solent, senioribus nostris per iustorum exempla gradientibus, prædicti venerabilis viri celebre nomen innotuit, eiusque opus admirabile ad eorum se instruenda studia retendit: quorum me necesse fuit * grauitati tam certò * granditate credere, ac si ea, quæ dicerent, meis oculis vidissim.

Cum sequentium Vandalorum tempore fuisset Italia in Campaniæ partibus depopulata, multiq; essent de hac terra in Africam regionem traducti: vir Domini Paulinus cuncta, quæ ad episcopij vsum habere potuit, captiuis indigentibusque largitus pueris & e-est. Cumque iam nihil omnimodo supereisset, quod potuisse: quodā genit. die quædam vidua aduenit, quæ à regis Vandalorum genero filium suum in captiuitatem fuisse ductum perhibuit, atque à viro Dei, eius precium postulauit: si forte illius dominus ^{Omnia sua} dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir Dei magnoperè petenti foemina quid dare potuisse inquirens, nihil apud se aliud nisi se inuenit, petentiique foemina respondit, dicens: Mulier, quod possim dare, non habeo: sed memetipsum tolle, seruum me iuris tui profitere, atque vt filium tuum recipias, me vice illius in seruitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irrisione potius creditit, quam compassionem. At ille vt erat vir eloquentissimus, atque appri-^{Nota insi- gnem tanti} mè exterioribus quoque studijs eruditus, dubitanti foeminae citius persuasit, vt audi-^{tatem.} ta crederet: & pro receptione filii sui, in seruitium episcopum tradere non dubitaret. Perrexere igitur vtrique ad Africam.

Procedente autem regis genero, qui eius filium habebat, vidua rogatura se obtulit: ac prius petijit, vt ei filium donare debuisset. Quod cum vir barbarus typho superbia rurgidus, gaudio transitorie prosperitatis inflatus, non solum facere, sed etiam audire despiceret: vidua subiunxit, dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium prebeo: solummodo pietatem in me exhibe, mihiq; unicum filium redde. Cumq; ille venisti vultus hominem confexisset, quam artem nōset, inquisuit. Cui vir * Dei * Domini Paulinus respondit, dicens: Artem quidem aliquam nescio: sed hortum benè excolle. re scio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in nutriendis oleribus quia peritus esset, audiuit. Suscepit itaque seruum, & roganti viduae reddit filium. Quo accep-^{Vifio regis} tro, vidua ab Africana regione discessit: Paulinus verò excolendi horti curam suscepit. Cumq; idem regis gener crebrò ingrederetur hortum, suumq; hortulanum quædam requireret, & sapientem valde hominem videret, amicos coepit familiares defere, & sapientem cum suo hortulano colloqui, atque eius sermonibus delectari. Cui Paulinus quotidiè ad mensam olera, virentesque herbas deferre consueuerat, & accepto pane, ad curam horti remeare. Cumque hoc diutius ageret, quadam die suo domino secum secretius loquenti ait: Vide quid agas, & Vandalorum regnum qualiter disponi debeat prouide: quia Rex citius, & sub omni celeritate est moriturus. Quod illi audiens, (quia ab eodem rege præ ceteris diligebatur) ei minimè tacuit: sed quid à suo hortulano, sapienti scilicet viro, agnouisset, indicauit. Quod dum rex audisset, illico respondit: Ego vellem hunc, de quo loqueris, hominem videre. Cui gener eius, venerabilis Paulini temporalis dominus, respondit, dicens: Virentes herbas mihi ad prandium deferre cōsuevit. Has itaq; huc ad mensam eum deportare facio, vt quis sit, qui mihi haec est locutus, agnoscas. Factumq; est. Et dum rex ad prandium discubuit, Paulinus ex suo opere olera quæque & virentia delaturus aduenit. Cumq; hunc rex subito confexisset, istremuit, atque accessito eius domino, sibi per filiam propinquo, ei secretum, quod prius absconderat, indicauit, dicens: Verum est, quod audisti. Nam nocte hac in somnio, sedentes in tribunalibus contra me iudices vidi, inter quos iste Vandalorum etiam simul sedebat, & flagellum, quod aliquando acceperam, eorum mihi iudicio tollebatur. Sed percontare, quisnam sit. Nam ego hunc tanti meriti virum, popularē vt conspicitur, esse non suspicor. Tunc regis gener secretò Paulinum tulit, & quismā esset,

esset, inquisiuit. Cui vir Domini respondit: Seruus tuus sum, quem pro filio vidue vi-
carium suscepisti. Cumque in stanter ille requireret, vt non quis esset, sed quis in terra
sua fuisset, indicaret, atque hoc ab eo iteratione frequentis inquisitionis, exigeret, vir
Domini constrictus magnis coniurationibus, iam non valens negare quid esset, epis-
copum se fuisse testatus est. Quod possessor eius audiens, valde pertimuit, atq; humi-
liter obtulit, dicens: Pete quod vis, quatenus ad terram tuam à me cum magno mune-
re reuertaris. Cui vir Domini Paulinus ait: Vnum est, quod mihi impendere beneficium

**Multi capti-
ui cum illo**

um potes, vt omnes ciuitatis meæ captiuos relaxes. Qui cuncti protinus in Africana
regione requisiti, cum onustis frumento nauibus, pro venerandi Paulini viri satisfa-
ctione, in eius comitatu laxati sunt. Post nō multos verò dies Vandorum rex occu-
buit, & flagellum, quod ad suam perniciem, dispensante Deo, pro fideliū disciplina
tenuerat, amisit. Sicq; factum est, vt omnipotens Dei famulus Paulinus vera predi-
ceret, & qui se in seruitum solum tradiderat, cum multis à seruitio ad libertatem re-
diret: illum videlicet imitatus, qui formam serui assumpsit, ne nos essemus serui pec-
cati. Cuius sequens vestigia Paulinus, ad tempus voluntariè scrupulus est solus, vt es-
set postmodum liber cum multis.

Petrus: Dum me audire contingit, quod imitari non valeo, flere magis libet, quam
aliquid dicere.

Gregorius: De cuius etiam morte apud eius ecclesiam scriptum est, quia cum do-
re esset lateris tactus, ad extrema perductus est. Dumq; eius omnis domus sua soli-
ditate persistenter, cubiculum, in quo iacebat aeger, facto terramoto contremuit, om-
nesq; qui illic aderant, nimio terrore cōcussit. sicq; sancta illa anima carie soluta est:
factumq; est, vt magnus pauper inuaderet eos, qui Paulini mortem videre potuerint;

ITEM DE SANCTO PAVLINO, EX GREGORIO TURONENSI, DE GLORIA CONFES- FORUM. Cap. 107.

Genus &
opere eius.

Fuit vir vita venerabilis Paulinus, Nolanæ urbis Episcopus, ex nobis
in stirpe ortus. Therasiam sibi similem sortitus est coniugem, habet
diuitias multas, & tam in fundoru[m] possessione, quam in praesidio do-
morū, valde diues erat ac locuples. Sed cum primum aures ei⁹ Euā
geliorū lectio illa penetravit, in qua Dominus adolescentē pro di-
uitijs arguit, dicens: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperib⁹,
& habebis thesaurū in cælo, & veni, sequere me: Et, Facilius est ca-
melum per foramen acū transire, quam diuitiæ introire in regnum Dei: statim vendi-
tis omnibus, quæ habebat, pauperibus erogauit. Exoneratus igitur à cunctis cupidita-
tibus, magistrum liber sequitur, per hac se putans paradisi diuitijs locupletari, si vide-
retur nihil de transitorij possidere. Cui maiestas diuina tribuit, vt quod impossibile di-
xerat per Euangelium, hic possibiliter adimplere mereretur per actum.

Matt. 19.

Venit sua,
& dat pau-
peribus.

Nota rem
miram.

Matt. 19.

Quadam verò die venit ad eum, qui stipem peteret, & ait coniuge: Vade, & da ei,
quod habet necessarium. Quæ respōdit: Non est nobis amplius, quam vnum panis. Cui
ille: Vade, inquit, porrige eum. Dominus enim dabit nobis victum. Sed illa quasi fre-
nua reseruare cupiens, ne aliquid decesset, porrigeret noluit. Interea aduenerunt qui-
dam, dicentes, missos se à dominis suis, vt illi annonæ ac vni deferrent speciem: sed
pro hoc se moratos, quod orta tempestas, vnam eis cum tritico abstulerit nauem. Tunc
vit Dei conuersus ad mulierem, ait: Intellige te illi pauperi vnum panem fuisse fur-
tam, & ideo hanc nauem esse mersam.

Perexit ergo cum coniuge quasi peregrinaturus in aliam regionem, nihil habens
præter statum propriū. Post multum verò tempus, cum ab incolis regionis sue requi-
reretur, nec posset penitus reperi, negotiator de ciuitate illa ad hāc urbē aduenit, in
qua vir beatus cælesti Domino seruiebat: cumq; vidisset eum, statim eroiciens se in so-
lum, & pedes sancti amplectens: Hic est, inquit, beatus Paulinus, toto vulgatus orbe qui
multum à suis ciubus quæstus, prorsus non potuit inueniri. Et eo narrat̄ omnesa-
ctiones eius, obſtupuerunt hec audiencetes. Nec mora, decadente sacerdote apud Nolā
urbem, ipse in locum Episcopi subrogatur. Habebat autē Ecclesia illa multas diuitias,
implevitque in eo Dominus, quæ per Euangelium promittere est dignatus: Quia qui
reliquerit omnia propter me, centuplum in hoc seculo accipiet, in futuro autem vita
eternam possidebit.

Verbum

Verum assumpto Episcopatu, semper se humilem proferebat, quia sciebat se apud ^{Humilitas} Deum excelsum futurum, si humilitatem sectatus fuisset. Pecunia vero de redditibus & liberali- Ecclesia, quae manus eius attingebat, confessim pauperibus erogabatur. Castissima etia- coniunctio eius non discedebat ab eo. Erat autem vir sanctus mira prudentiae, & rho- roris literis eruditus, quod scripta eius, quae ad nos peruerterunt, valde parfecerunt. Nam cum ad diuersos tam versu, quam prosa scriberet, de virtutibꝫ beati Martini sex versu conscripsit libros. Scripsit & alios versiculos in laudem eius, videlicet eum in corpore positum, & oculum suum ab eo illuminatum recepit. Qui tantum in virtute per multiplicata gratiarum spiritualium charismata resplenduit, ut ante obitum suum, ipsum Martinum, Januariumque Italicum, priusquam spiritum redderet, corpo- reis oculis contemplaretur. Iam enim de hoc mundo illi migrauerant. Et quia de hu- ius beati vita nihil legeram, idcirco ea, quae per relationem fideliū cognouimus, dum de eleemosynis proloqui voluimus, memorauimus. De transitu autem eius est apud nos magna lectio, ideo cum ex ordine prosecuti non sumus. Ecce quid tribuit elemo- syna, ecce quales thesauros sanctis suis, qui ipsum in pauperibus diligunt, Deus indul- get. E contrario avaritia malo in hiantibus, quae nequiter concupiscunt, aufert, iuxta illud Euangelij sancti oraculum: Quia qui habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem ^{Matt. 25.} non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.

VITA SANCTÆ EDILTRVDIS SIVE EDIL-
DRIDÆ REGINÆ ET VIRGINIS, AVTHORE VENE-
rabilis Beda. Historia Ecclesiast. gentis Anglorum lib. 4.
Cap. 19.

ACCEPIT autem rex Egfridus coniugem nomine Edil- dridam, filiam Anna regis Orientalium Anglorum, cuius sapientiam mentionem fecimus, viri benè religiosi, ac per omnia mēte & opere egregij: quam & alter ante illum vir habuerat vxorem, princeps videlicet Australium Giriorum, vocabulo Tonbert: sed illo post modicum tempori, ex quo eam accepit, defunctorum data est regi præfato. Cuius confortio cum vteretur duodecim annis, perpetua tam mansit virginitatis integritate gloria, sicut mihi met scilicet (cum hoc, an ita esset, quibusdam venientia permanet in dubium) beata memoria Vuilfridus Episcopus re- virgo.

ferebat, dicens se testem virginitatis eius esse certissimum, adeo ut Egfridus promis- rit se ei terras ac pecunias multas esse donaturam, si regina posset persuadere eius vi connubio, quia sciebat illam nullum virorum plus illo diligere. Nec diffidendum est, nostra etiam aetate fieri potuisse, quod aucto præcedente aliquoties factum fideles histo- riæ narrat, donante uno eodemque Domino, qui se nobiscum usque in finem seculi ma- nere pollicetur. Nam etiam signum diuini miraculi, quo eiusdem foeminae sepulta caro corrumpi non potuit, indicio est, quod à virili cœtauctu in corrupta perdurauerit. Quia multum diu regem postulans, ut seculi curas relinqueret, atque in monasterio tantum vero regi Christo seruire permetteretur, ubi vix aliquando impetravit, intravit mona- steriū Ebba Abbatissa, quae erat amita Egfridi regis positum in loco, quem Coludi urbe nominant, accepto velamine sanctimonialis habitus a præfato antistite Vuilfrido.

Post annum vero ipsa facta est. Abbatissa in regione, quae vocatur Elge: vbi constru- ctio monasterio, virginum Deo deuotarum per plurimum mater virgo & exemplis vite caelestis esse coepit, & monitis. De qua ferunt, quia ex quo monasterium petiit, nonquam lineis, sed solùm lanceis vestimentis uti voluerit, raroque in calidis balneis, præter immi- nentibus solennijs maioriis, verbi gratia, Pascha, Pentecostes, Epiphaniæ, lauari voluerit, & tunc nouissima omnium, lotis prius suo suarumque ministrarum obsequio ceteris, quae ibi essent, famulabus Christi. Karò etiam, præter maiora solennia vel arctiorem necessitatem, plus quam semel per diem manducauerit semper, si non infirmitas grauior prohibueret. Ex tempore matutinæ synaxeos usque ad ortum diei, in ecclesia precibus intenta perfisterit. Sunt etiam, qui dicunt, quod per proprie- tatem spiritum, & pestilentiam, qua ipsa esset moritura, prædicterit, & numerum quoque corum,